



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

6. De modo quo officium Canonicum est recitandum, vt satisfiat præcepto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Secl. I. De Præcepto I. Receptiores Sent. 7

CAPVT V.

De Officio, quod Clerici, Beneficiarii ac Religiosi recitare tenentur.

Pontificem aditus: ergo in hac generali lege dispensare. Palus p. 2. d. 2. pun. 1. n. 12.

Qui Officium diuinum alia lingua quam latina recitat, facit satis obligationi. Quia formula Romanam quo ad substantiam retinet. Sed grauer delinquit, si aliquoties id generaliter obligatur. Quia generalem Ecclesie ritum & morem parui pendit, illum peculiari suae deuotioni postponens. Et si publice faciat, quia populo scandalum, ac erroris exhibet occasione Bellarm. l. 2. de ver. Dei, c. 15. & 16. Snar. 20. 2. de Relig. c. 7. n. 8. Sa v. Hore, n. 10. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 3. pun. 1. n. 15.

Venialiter saltem delinquit qui aliquid addit vel dimittit, in Officio canonico. Quia in Bulla Pij V. præcipitur, nullam esse gerendam additionem vel diminutionem. Certe mortale crimen erit, si vel minimum addatur, vel detrahatur, quod in officio hatur animo, ut perpetuo sic duret. Quia licet respectu diuini Officii illa sit levis additio, vel demptio, est tamen grauis ausus illam minimam partem ritui Ecclesie quasi perpetuo addere, vel diminueret, usurpando iurisdictionem & nouum ritum, cultumque introducendo. Su. l. 4. de hor. can. c. 15. n. 15. Filiuc. 27. 23. c. 6. q. 1. si autem addatur aliquid non tanquam pars diuini Officii, sed concomitanter, & per accidens ad maiorem diuini cultus solemnitatem, peccatum non erit. Quia hac ratione honestatur canus qui inter vnum & alium Psalmum solet ad organum, aut musicum instrumentum fieri. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 1. n. 21.

Præcepto recitandi facit satis, qui notabilem partem non dimittit. Et qui addit partem notabilem delinquit ob additionis irreuerentiam sed præcepto satisfaciet. Quia totum, quod præcipitur, recitat, et si aliis præceptibus admittitur. Palus p. 2. d. 2. pun. 1. n. 16.



CAPVT VI.

De modo, quo Officium canonicum est recitandum, ut satis fiat præcepto.

INNOCENTIVS III. c. Dolentes, de celebr. Missa, præcipit in virtute Sanctæ obedientie & sub pœna suspensionis omnibus ad recitandum obligatis, ut diuini Officium diuinum pariter & nocturnum, quantum eis Deus dederit, studiosè celebrent pariter, & deuote. Ad studiosam celebrationem requiritur, ne verba omittantur, ne truncentur, & mutilentur, ne interrumpantur. Ad deuotam verò celebrationem necessaria est debita intentio, & attentio. Omnes Doct. cum Glof. ad c. Dolentes.

Si omisso verborum in magna quantitate sit, est mortale. Quia cum magna quantitas omittitur, reliqua quæ dicuntur possunt non dicta reputari. Porro huiusmodi omisso verborum sit cum verba priora vesiculi vltimis coniunguntur, inter mediis omissis. Hoc autem modo dicta vel nullam, vel impropiam significationem habent. Scio tamen, aliquando ob inadvertentiam, balbutitionem aut inositam consuetudinem, raro quidem posse excusari, si verò in

A 4 leui

53 Omnes tenentur recitare Officium Romanum aliquoties per se exceptis.

MENES hi tenentur iuxta formulam Breuiarii Romani Pij V. & Clementis VIII. recitare, exceptis iis, in quorum Ecclesiis, vel Conuentibus duceps annis ante Pium V. aliud Breuiarium fuerit institutum, vel consuetudine approbatum. Quia sic cautur in Bulla Pij V. & Clementis VIII. initio Breuiarii Romani præfixa: in qua omnes alie formulæ recitandi abrogantur, & irritantur. Porro hi excepti poterunt ex consensu Episcopi, & totius seu maioris partis Capituli Breuiarium Romanum admittere, suo antiquiori excluso, eadem Bulla permittebat. At si Monasterium fuerit exemptum sufficit sui Prælati, & Capituli consensus. Suar. l. 4. c. 23. n. 4. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 2. n. 4. Reginal. l. 18. n. 168. Azor. p. 1. 1. 10. c. 11. q. 1. si autem semel ex consensu Episcopi, aut Prælati, & Capituli Breuiarium Romanum fuerit admissum, nullatenus licebit ad pristinum vltro redire. Quia iam per illam Romani Breuiarii receptionem cassatum fuit antiquum, & vrget Pij, ac Clementis decretum Suar. n. 5. Bonac. n. 2.

54 Clerici habent Beneficium tenentur in Diocesi Mediolanensi (V. gr.) ubi Ambrosianum recitatur, potest Romano uti. Quia ex habitatione Mediolanensi non desinit Romanus esse Beneficiarius. Potest etiam se Ambrosiano accommodare. Quia per habitationem, rationem diuinam Clerici Mediolanensis esse censetur. Suar. l. 4. c. 23. n. 6. Palus p. 2. d. 2. pun. 2. n. 5. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 1. n. 5. & 6.

55 Episcopus potest constituere, ut totus Clerus suæ Diocesis festiuitatem sancti alicuius par de Sanctis celebret, cum iuxta Breuiarii Romani rubricas extra Kalend. de alio sancto, aut de Feria recitandum erat: dummodo ille sanctus signetur in Patronum totius Diocesis: vel sit eiusdem naturalis, vel eius corpus, seu insignes reliquie in ea requiescunt. Quia hæc constitutio aduersa non est Pontificis constitutionibus, imò conformatur constitutioni Gregorianæ id concedenti.

56 Si sanctus Patronus non sit Diocesis, nec illius naturalis, nec in ea corpus aut insignes reliquie existant, non potest Episcopus constitutione perpetua id statuere. Quia esset aduersa Gregorianæ constitutioni. De aliis verò (ait) sanctis etiam si sint naturales, aut Patroni aliterius Diocesis, etiam si illorum corpora, vel notabiles reliquie in aliqua Ecclesia alterius Diocesis requiescant: non celebratur officium proprium sed seruetur ordo Breuiarii Romani. Decreto autem particulari, & ex causa vrgenti, per modumque dispensationis, id fieri posse ab Episcopo, crediderim. Quia solum obstat potest lex generalis lata à Pontifice recitandi illa die de alio sancto, aut de Feria: sed Episcopus potestatem habet dispensandi in Pontificis legibus præcipue cum causa vrget, & non patet ad

leui quantitate fiat, leue erit piaculum. Lessi. l. 2. c. 37. dub. 10. n. 56. Palau p. 2. d. 2. pun. 3. n. 2.

62
Mutilatio
syllabarum
plerumque
venialis.

Truncatio, vel mutilatio verbi, quod sit abscidendo syllabas si voluntarie fiat, solum erit veniale, nullum si inuoluntarie. Quia raro ob syncopen syllabarum verborum sensus euanciscit: si vero tanta esset truncatio syllabarum, ut sensus periret, idem dixerim, quod de omissione verborum proxime dictaui. Suar. l. 4. de hor. can. c. 25. n. 6.

63
Interruptio
officii si de
causa venia-
lis, cum cau-
sa nulla est
culpa.

Interruptio officij absque causa extra chorū animo non repetendi, lethalis non est. Quia non impedit quominus quis verē recitet illam horam, & precepto subinde satisfaciatur: ex discretis namque illis recitationibus vna integra hora componitur. Lessi. l. 2. c. 37. dub. 10. n. 57. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 3. pun. 2. §. 1. n. 27. adiuuantes, nos à piaculo excusari, si aliqua causa iusta subit intercidendi Psalmos à lectionibus, vel vnum ab alio Psalmo. Quia Psalmus quilibet, imò quilibet versus suam completam significationem habet.

Iam verò circa attentionem, ea requiritur, quæ ad orationem est necessaria, & sufficiens: quare si quis solum ad verba attendat cum intentione saltem generali colendi, ac laudandi Deum, precepto satisfaciatur. Vnde si recitet dum lauat (v. gr.) manus, aut se vestibus induit, si mens nimis non distrahat, implet preceptum. Quia potest habere Deum colendi intentionem externis occupatus. Vasq. de Benef. c. 4. §. 1. d. 1. dub. 5. Sotus l. 10. de iust. q. 5. a. 5. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 2. n. 12.

64
Sufficit vir-
tutis inten-
tio.

Sufficit intentio virtualis, quæ in eo consistit, ut quis voluntatem gerat faciendi rem preceptam. Quam voluntatem habere censetur, cum consucto more quis Breuiarium ad recitandum assumit. Garcia p. 3. c. 1. n. 209. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 3. pun. 2. §. 2. n. 10. Suar. de orat. l. 3. c. 3. n. 6. Lessi. l. 2. c. 37. dub. 11. n. 71. Nauar. de orat. c. 25. n. 8.

65
Qui solus re-
citatur, non re-
netur ita pro-
ferre verba,
ut se ipsum
audiat.

Qui solus recitat, non tenetur verba proferre ita altiori voce, ut se ipsum audiat. Quia preceptum solum est de vocali cum Deo locutione: At cum Deo recte loqui potest verbaliter, quin se audiat, efformans verba quæ Deus percipiat. Est tamen necessarium verba ita clare proferre, ut seipsum audire possit, nisi aliquod adesset impedimentum. Quia verba quæ auditu percipi nequeunt, non videntur verba, sed quidam motus in gutture, qui potius sunt inchoatio verborum, vel conatus ad loquendum. Suar. l. 4. c. 7. n. 6. Filliuc. tr. 2. c. 3. n. 117. Azor. l. 10. c. 11. q. 4. Reginal. l. 18. n. 174. Valen. d. 6. q. 2. pun. 10. §. 4. Medin. C. de orat. q. 7.

66
Recitantes
cum socio de-
bent se inui-
cem audire.

Qui cum socio recitat, debet ita verba proferre, ut socius audiat, si ipse obligatus sit recitare: aliàs precepto non satisfaciatur: & e contra socius ita debet verba proferre, ut alter etiam percipiat. Quia oratio alterius in tantum potest alteri esse communis, in quantum illam percipit. Palau p. 2. d. 1. pun. 3. n. 7.

67
Et alterna-
tim versus
Psalmorum
dicere, non
est necessarium
reliqua.


Qui cum socio recitat, debet alternatim Psalmorum versus proferre: responsoria autem, antiphonas, capitulum, lectiones & orationes et si solus socius dicat, alter satisfaciatur attendens. Quia sæpe in choro, cui priuata recitatio se accommodat dicuntur ab vno, reliquis audientibus. Satius autem & deuotius erit partiri labo-

rem Siluest. F. Hera. q. 7. Suar. l. 4. c. 25. n. 5. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 3. §. 1. n. 11.

Non satisfaciatur obligationi, qui integram socij prolationem non expectat. Quia inde sequitur, si socius suum versiculum proferret, quando alter proferret sibi competentem, eum satisfaciaturum consequens est fallum quia simultanea recitatio aliena est ab Ecclesiæ consuetudine. Tolle. l. 2. c. 13. n. 9. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 2. §. 1. n. 3. Reginal. l. 18. tr. 2. n. 146. & l. 4. c. 10. n. 87.

Qui recitat animo non satisfaciendi precepto, satisfaciatur. Quia rem preceptam gessit, ille, qui animus procedit ex errore, quo existimat se posse impedire precepti impletionem, dum preceptum exequitur. Tenetur tamen tempore precepti ab hac voluntate cessare, & iudicare se preceptum impleuisse, aliàs id voluntate violabit. Tempus autem precepti est diei naturalis terminatio. Palau p. 2. d. 2. pun. 3. n. 10. & alij.

Qui ex obligatione horas recitat, precepto non satisfaciatur, si ad verba saltem virtualiter non attendit, animum repetendi non gerens. Qui autem ex deuotione, si animum habet orandi peccat venialiter. Quia irreuerenter Deum alloquitur: si verò non intendit orare, sed mentem distrahere, & prauis cogitationibus diuertere, nullum piaculum committit. Reginal. l. 18. n. 149. Suar. l. 3. de orat. c. 4. n. 3. Azor. p. 1. l. 10. c. 11. q. 12. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 2. §. 2. n. 7. Lessi. l. 2. c. 37. dub. 11. n. 67.



CAPVT VII

De tempore, ordine, loco, corporis habitu, ac situ ad diuini Officij recitationem.



VNCTIS diebus diuini officij cium est recitandum cum ex ceteris, sub Dolentes, de celebr. Missar. Bul. mortalis. De la Py F. tum ex recepta consuetudine. At cū dies incipiat à media nocte antecedentis diei, & media nocte sequentis terminetur: intra huius temporis latitudinem tenetur Clericus in sacris constitutus, beneficiatus & Religiosus professus choro additus sub mortali totum officium recitare. Cui obligationi satisfaciatur quacumque hora perficiat. Erit autem veniale præuenire vel postponere horas absque causa, v. gr. dicere Primam vespertino tempore, mane Completorium. Quia ordo præscriptus ab Ecclesiâ peruertitur. Prima, Tertia, Sexta, & Nona tribus horis post solis ortum dicenda, nec veniale erit, simul dicere. Quia iam obtinuit vsus. Post meridiem hora secunda Vesperæ, & completorium celebrari debent, possunt autem simul celebrari. Doctores communiter.

Officium Matutinum cum Laudibus ex recepta consuetudine pridie ad Vesperam, postquam in Ecclesiis Cathedralibus Vesperæ, ac completorium sint absoluta possunt præueniri quod ex receptiori sententia esse aliolet hora quarta pomeridiana imò tertia cum dimidia. Lessi. 2. cap. 37. dub. vltim. num. 78. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 3. pun. 3. Suar. l. 4. c. 26. n. 26. n.